

nunc quaſtio eſt de prorogatione in cauſis criminalibus, in qua à certioribus ad incerta progrediemur.

34. **Quæritur ergo I.** An poſſit fieri prorogatio, quando Judex procedit per inquisitionem, & reus, ſciens in ſe inquiri, non contradicit, & factâ inquisitione deprehenditur reus, quaeritur an poſſet ille Judex incompetens qui inquisiuit, procedere ad condemnationem. Ratio dubitandi eſt, quia Inquiſitor habet ſe inſtar Accuſatoris: ergo prorogabitur Jurisdictione conſentiente ſeu non contradicente reo, ſaltem in ſententia illorum DD. (de qua paulo poſt) quod prorogatio etiam in criminalibus locum habeat. Et in hanc ſententiam propendet Julius Clarus, ſi reus poſitiue conſentiret. Nihilominus

Dicendum eſt I. Et reſpondendum negativè. Ratio eſt. Nam in hoc judicio & proceſſu non interveniunt partes, quæ poſſunt dici prorogare jurisdictionem, ſed tantum intervenit Judex, & diffamatio, quæ fungitur loco accuſatoris: Atqui eſt per ſe abſurdum, poſſe Judicem ſuam jurisdictionem prorogare, concurrente infamatione, quæ eſt res inanimata. Judex autem ageret perſonam rei, & loco rei in ejus præjudicium prorogaret, quod abſurdum eſt.

35. **Quæritur II.** Quando procederet Judex incompetens per viam accuſationis, & Reus ignarus, cum eſſe Judicem incompetentem coram eo compareret, an cederetur prorogatio Jurisdictione, ſaltem in ſententia aſſerente, poſſe in criminalibus prorogari Jurisdictionem. Aſſimat Arnaldus Albert. apud Farinacium. 9. 7. n. 4.

Dicendum tamen eſt II. Et reſpondendum negativè. Ità etiam illi DD. qui alioquin admittunt in criminalibus Jurisdictionis prorogationem. Ratio eſt, quia prorogatio debet fieri ſponte, & per explicitum conſentum in ſuum præjudicium, cum ſit quædam ceſſio exceptionis declinatoriæ judici: Atqui talem conſentum non habet, nec poſſet præſumi habere ille, qui per errorem comparere coram Judice non competente accuſatus, comparere enim invitus & coactus. Imò ſcientia incompetentiæ non præſumitur, ſed potiùs error, in talibus perſonis, quæ plerumque ſunt juris ignari, & ſupponunt, cum apud quem accuſatur, meliùs noſſe ſuam poteſtatem, nec inchoatum proceſſum, ſi non ſciret ſibi competere. Nec poſſet prudenter dubitari, quòd talis, ſi conſcius eſſet incompetentiæ, & ſimul etiam ſe reum ſciret, non eſſet conſenturus in prorogationem, ſed exceptione uſus.

36. **Quæritur III.** Et principaliter, an poſſit prorogari Jurisdictione Judicis incompetentiſ quidem ratione partis accuſatæ, ſed catero-

quin qualificati, & habentis jurisdictionem in tali crimine & materia. In quo puncto aliqui primâ fronte videntur ſimpliciter negare, alii ſimpliciter affirmare. Verùm, ſi AA. integrè legantur cum ſuis limitationibus, reverè tandem conſentiunt, & quod paucis clare dici poſſet, multis ambagibus involvunt.

Dicendum ergo III. In præjudicium partium, non item in præjudicium Judicis competentis & ordinarii, poſſe Jurisdictionem etiam in Criminalibus prorogari. Ità Julius Clarus q. 42. Dicens eſſe communem, ſed nullam adducit probationem. Solum dicit, quòd non poſſit fieri in præjudicium Reipublicæ & Judicis competentis, v. g. quoad applicationem pœnæ, quia alioquin poſſent fieri mille fraudes. Ex Julio Claro deſcripſerunt Farinacius, Decianus, & Guazzinus. Intelligenda autem eſt conſeſſio de caſibus, in quibus proceditur per viam accuſationis, neque poſſet procedi per inquisitionem. Nam ſi Judex ordinarius poſſet per viam inquisitionis procedere, tunc ſi ipſe contradiceret prorogationi, non procederet prorogatio, ſed ipſi plenum jus maneret, procedendi per inquisitionem, ſecus ſi conſentiret. Hæc eſt ſumma eorum, in quibus ſe AA. cum conſuſione diffundunt. Ad probandum Conſeſſionem adducitur 1. textus ex lege 2. §. 1. ff. de Judicis. [Convenite utrum inter privatos ſufficiat, an verò etiam ipſius Prætoris conſenſus neceſſarius eſt? lex Julia Judiciorum ait: *quominus inter privatos conveniat*: ſufficiat ergo privatorum conſenſus. Proinde ſi privati conſentiant, Prætor autem ignoret conſentire, & putat ſuam jurisdictionem, an legi ſatiſfactum ſit, videndum eſt, & puto poſſe deſendi, ejus eſſe jurisdictionem.] Ex qua lege colligitur, quòd nihil interſit, an Judex prorogatus ſciat vel ignoret, ſuam jurisdictionem prorogari. Decianus inſuper adducit legem. 1. C. de Jurisd. omnium Judicum. Sed illa lex tota quanta eſt de cauſis civilibus. Nec alium Juristextum pro hac conſeſſione invenio. ac proinde videtur ea tandem potiſſimum fundari in regulis generalibus de Prorogatione, quia cauſæ criminales non reperiuntur exceptæ.

37. **Quæſtum eſt, an, ſi à principio intervenit error, & ignorantia incompetentiæ, ſed inter proceſſum ſuperveniret ſcientia, an partes conſentiendo poſſent totum proceſſum validare.** Reſpondent DD. citati, Decianus n. 13. & Guazzinus n. 18. cum diſtinctione. Si proceſſus ab initio fuit omnino nullus, (intelligit ex alio capite quàm ignorantia) tunc non poſſet validari, per regulam, quod ab initio vitioſum eſt, tractu temporis non convaleſcit. Si verò non fuit nullus, dicunt, convaleſcere per ratihabitionem. Pari modo dicunt, poſſe convaleſcere per ſupervenientem ratihabitionem Judicis ordinarii.

per

per regulam, quod ratihabito mandato comparerit. Quodſi à principio fuillet facta prorogatio per metum inſultum, non validaretur ullo modo, per ea quæ dicta ſunt de contractu ex metu inito. *Tract. 2. de Jure privat.*

Item contra inſcientes manus in Clericum eſuſue familiariam. 59.

Et univerſim, quando delictum meretur cenſuram Eccleſiaſticam. 60.

Reprehendus poſſet judicari ubi eſt deprehenſus. 61.

An eſſet mittendus ad Judicem loci delicti ſi peteretur. 62.

An Judex domicilii poſſit per viam accuſationis procedere contra ſubditum delinquentem extra territorium. 63.

An etiam per viam Inquiſitionis. 64.

Causæ loci ſtatuta ſequi debet talis Judex. 65.

An hodieque locus Originis conſtituat ſpecialis forum diſtinctum à loco domicilii. 66.

Habens plura domicilia, poſſet in quovis accuſari & inquiri. 67.

Poteſt reus à Judice domicilii citari, ubicunque exiſtat. eod.

Reus puniri poſſet à Judice loci commiſſi & conſummati delicti. 68.

Procedi etiam de Perſonis in dignitate conſtitutis infra Illudres. 69.

Quis Judex ſit competens delicti in conſiſibus commiſſi. 70.

An & cum quo effectu poſſit reus à tali Judice citari. 71.

Praxis moderna procedendi contra abſentem. 72.

Quis Judex competens delicti in uno Loco commiſſi, & in alio conſummati. 73.

Clericus per delictum non amittit privilegium fori, nec Legatus peccans in legatione. 74.

Seculariſ etiam, ſi reo communi, à ſolo Rectore judicari poſſunt. eod.

Quilibet delictum in foro publico commiſſum. 75.

CONTROVERSIA VI.

Quibus modis delinquens ſortitur Forum.

SUMMARIUM.

Quatuor præcipui modi ſortiendi forum. 38.

Accuſator aliquando ex privilegio non ſequitur forum Rei. 39.

Accuſator inter plures Judices Rei habet electionem. 40.

Obrei potentiam poſſet immediatus ſuperior præteriri. 41.

Per reconventionem poſſet accuſator ſortiri forum Judicis non ſui. 42.

Liberus ſubjicitur foro patroni. 43.

Pxor accuſanda eſt in foro ſuimarii. 44.

Imperator poſſet contra Clericum inquirere, non tamen eum judicare. Episcopos poſſet ex formato proceſſu judicare. 45.

Quinam de familia Clericorum gaudeant privilegio fori. 46.

An poſſit Papa concedere privilegium Seculari procedendi contra Clericum. 47.

Amiſſo per delictum privilegio fori, poſſet Laicus procedere. 48.

Reſertur Privilegium conſeſſum Regi Gallie, procedendi contra Clericos non incedentes habitu clericali. 49.

In dubio, an habitus ſit clericalis, Judicium ſpectat ad Eccleſiaſticum. 50.

An Clericus commiſſo delictio ſuſpectus de fuga capi poſſit à Laico. 51.

An ad comprehensionem Clerici à Laico requiratur degradatio realis. 52.

Quid Juris competat Laico in aſſumentem ſtatum Clericalem poſt delictum. 53.

Judex Eccleſiaſticus procedere poſſet contra Laicum non ſubditum in temporalibus, ſi crimen ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. 54.

Item contra non Adminiſtrantes Juſtitiæ Clericis. 55.

Item contra ſortes inimicitias periculofas. 56.

Item quando Laicus delegat cauſam Criminalem Clerico. 57.

Item quando ſupplenda eſt negligentia Judicis ſecularium. 58.

38. **IN** cap. ſin. de Foro Competente, aſſignantur quatuor generales modi ſeu cauſæ ſortiendi Forum: Delictum, Contractus, Domicilium, Locus reiſitæ. Ad hos modos reducuntur varix ſpecies, loquendo tam de foro in cauſis civilibus, quàm in criminalibus: adeo ut Marianus Socinus numeret modos 119. Verùm in harendo ſolis cauſis criminalibus, eas Decianus ad quatuor vel quinque fontes reducit. Primus ſons eſt Accuſatoris Perſona. Secundus eſt Perſona accuſanda. Tertius Perſona Judicis, Quartus Qualitas Delicti, ejuſque circumſtantix. Quintus Forma, Qualitas, & accidentia Judici ſive Cauſæ quæ agitur.



B

§. I. De

§. I.

De diversis modis sortiendi Fororum ex Persona Accusatoris.

39. Dicendum I. Privilegium Accusatoris aliquando facit, ut Reus possit conveniri in foro non suo, contra regulam, quod Actor sequatur Forum Rei. Exemplum. Si Ecclesia est spoliata à Laico, potest eum accusare etiam apud Iudicem Ecclesiasticum, ex speciali privilegio, cum alius Spoliatus non possit nisi coram Iudice Laico. Textus notabilis in cap. 8. de foro compet. [Cum sit generale, ut actor forum rei sequatur: Verum, quoniam saeculares Iudices in exhibenda Iustitia personis Ecclesiasticis saepe in Iudicio sunt remissi, in favorem Ecclesiae est introductum, ut malefactores suos, qui privilegia sunt censendi, venerabilium locorum Rectores possint, sub quo maluerint, Iudice convenire.] Aliud esset, si Reus esset etiam privilegiatus, nam privilegiatus contra eaque privilegia non utitur privilegio.

40. Dicendum II. Quando Jurisdicção competit diversis Iudicibus in solidum & cumulativè, ita ut sit locus preventionis, tunc Reus sortitur forum illius Iudicis, quem Accusator elegerit, nec poterit Reus recurre. Ratio est, quia per vulgaria, quamvis in alternativis reum electio sit penes debitorem & reum, in alternativis tamen locorum electio est penes actorem. Et sane absurdum est, concedere reo accusando Jus excipiendi contra Iudicem, eligendo alterum, & si coram hoc accusaretur, posse iterum, ante litem contestatam, variare, & alium eligere, atque hoc posset, si penes ipsum esset electio, ergo &c. Servit conclusio pro casu quo delictum esset factum in confinio duorum territoriorum, tunc enim uterque Iudex esset competens, & posset reus accusari coram quo vellet accusator.

41. Dicendum III. Ob Rei accusandi formidabilem potentiam, qua Iudex immediatus forte terretur posset, item, si Iudex suspectus esset, posset Accusator recurrere ad Superiorem vel ipsum Principem, & impetrare alium Iudicem. Ratio est, quia non debent delicta ob potentiam Rei, vel imperitiam aut malitiam Iudicis manere impunita. arg. legis un. C. Quando Imperator inrer populos &c. ibi. [Quodsi pupilli vel viduae, alique fortuna injuria miserabiles, Iudicium nostrae Serenitatis oraverint, praesertim cum alicujus potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.]

42. Dicendum IV. Per Reconventionem potest Accusator tanquam Reus sortiri forum Iudicis non sui. ut patet ex alibi dictis de Reconventione, & redibit infra sermo.

§. II.

Quibus modis Status Persona Rei tribuat Forum, praesertim Clericalis.

43. Dicendum I. Si Libertus à Patrono accusandus est, Patronus non tenetur accusare apud Iudicem Liberti, sed potest eum accusare apud suum, hoc est, Patroni, Iudicem, adeoque libertus subjicitur foro patroni, etiam ut Reus. l. 6. §. fin. ff. ad Municipalem. Libertini originem patronorum, vel domicilium sequuntur: item qui ex his nascuntur. Idem est, si ab alio quam Patrono accusetur. Quodsi servus delinquit, punietur in loco, ubi deliquit, neque dominus poterit revocare ad provinciam suam, ibi defendendum. l. 7. §. 4. ff. de accusat. [Idem Imperator rescriptis, servos ibi puniendos, ubi deliquisse arguantur: dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam, sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint.]

44. Dicendum II. Uxor accusanda est in foro sui mariti, si quidem accusetur tempore matrimonii. per arg. à contrario sensu, ex lege 19. ff. de Iurisdic. [Cum quaedam puella apud competentem Iudicem litem susceperat, deinde condemnata erat, posteaque ad viri matrimonium alii Jurisdictioni subiecti pervenerat, &c.] & clarius l. fin. C. de Incolis. [Mulieres honore matrum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus.] Colligitur etiam ex l. fin. §. 3. ff. ad Municipalem. Item rescripterunt, mulierem, quamdiu nupta est, incolam ejusdem civitatis videri, cujus maritus ejus est. Idem de vidua dicendum, dum vidua manet. l. 7. §. 1. ff. eod. [Vidua mulier amissa Mariti domicilium retinet, exemplo charissimae personae per maritum factae: sed utrumque, aliis intervenientibus nuptiis permutatur.]

45. Dicendum III. Ex eo quod Clericus exemptus sit ratione status, à potestate Laicorum (de qua immunitate ad eum est toto procedente) non potest, ne quidem ab Imperatore judicari, etiam super Crimine laesae Majestatis: poterit tamen Imperator contra illum inquirere, & formare processum, & ex eo, quatenus ser-

vatis

vatis servandis formatus sit, poterit deponi à suo Episcopo, vel etiam actualiter degradari, & tradi Imperatori puniendus, per argumentum à minore ad majus, ut tradit Decianus c. 9. n. 7. per Novel. 83. §. 2. ibi. [Illud palam est, si reum esse puta veritatem, qui convenitur provinciae Praefes, & poenà judicaverit dignum: prius hunc (Clericum) spoliari à Deo amabili Episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum heri manu] & enucleatus in Nov. 123. c. 21. §. 1. Si vero crimen fuerit, quod adversus quemlibet memoratarum Reverendissimarum personarum inferatur, siquidem apud Episcopum aliquis accusatur, & ipse veritatem invenire poterit, ab honore & gradu hunc secundum Ecclesiasticas regulas deiciat, & tunc competens Iudex hunc comprehendat, & secundum leges litem examinans causae finem imponat. Si vero prius civilem Iudicem adeat accusator, & crimen per legitimam examinationem poterit approbare, tunc Episcopo locorum gesta monitionum palam faciat. Et si ex his agnoscat proposita crimina commississe eum, tunc ipse Episcopus hunc secundum regulas ab honore sive gradu quem habet, separet: Iudex autem ultionem illi inferat legibus congruentem.] Verum, haec parum curanda essent, nisi accederet textus in cap. si quis Laicus. ca. 22. q. 5. ubi in fine dicitur: Episcopus vero, Presbyter, Diaconus, si hoc crimen (laesae Majestatis) commiserit, degradatur, quem tamen locum aliqui solum accipiunt de degradatione verbali, seu depositione.

46. Quaes. I. An qui sunt de familia Clericorum, etiam gaudeant privilegio fori in Criminalibus. Breviter Respondetur ex communi DD. 1. Ascendentes non gaudent, quia nec censentur pars corporis descendens, nec sunt in servitio. 2. Descendentes in potestate patriae constitutos gaudent, quia censentur portio patris. Imò (inquit Dec. n. §. 1.) Confessio criminis facta per filium, potest per patrem revocari, quia ipse interesse vertitur: ergo merito filius gaudet privilegio fori, quia in hoc vertitur interesse patris: nam in foro Ecclesiastico poena sanguinis non ingeritur, qua tamen in seculari inhigitur: ergo multum interest Clerici, ut & filius privilegio fori gaudeat, cum & illi Iudicio intentato contra filium criminaliter possit ipse Clericus pati interesse. 3. De famulis & ancillis est majus dubium: & quidem de famulis Episcoporum omnes affirmant, non tamen de famulis aliorum Clericorum, qui in criminalibus probabilius non gaudent, ne crimina maneat impunita.

47. Quaes. III. An possit Papa concedere privilegium Principi saeculari & Laico, ut in criminalibus procedat contra Clericum. Negare videtur Bossius in tr. de foro comp. n. 130.

& quidam alii. Affirmant DD. communiter, & allegant exemplum ex can. Verum. 22. distinct. ubi Papa commisit duobus Ducibus causam Clericorum Simoniacorum. Ego in decretis nullum hujusmodi Canonem reperio. Adducunt etiam textum cap. Monomachiam. ca. 2. q. 5. ubi nihil horum legitur. Sicut nec in can. Nos si incompetenter. ca. 2. q. 7. Decianus testatur, Illustrissimos DD. Venetos habere à diversis Pontificibus hujusmodi privilegium. Plures etiam affirmant Regem Galliae habere privilegium cognoscendi contra Clericos in his tantum, videlicet, de armorum usu, de fractione salve guardiae, de injuria facta per Clericos officialibus Regis, & de Usurpatione Jurisdictionis Regiae, licet Guido Papa q. 77. dicat non exstare tale privilegium. Decianus n. 68. testatur, se bis vidisse observari, quòd in homicidiis appensatis illusterrimum Dominium Venetum impetret à Summo Pontifice Licentiam procedendi contra Clericum, assistente Ordinario Ecclesiastico, qui tamen nihil potest in condemnatione vel absolutione, & cogitur etiam nolens degradare condemnatum. In eo etiam conveniunt DD. quòd summo Pontifice inferior Ecclesiasticus non possit committere causam criminalem alicujus Clerici Laici.

48. Illud tamen hic monendum est, posse utique Laicos procedere contra Clericos, qui per delictum vel alio modo amiserunt privilegium fori. Hujusmodi sunt Alfanio rei c. 1. §. fin. de homic. in 6. ubi dissidentur, & pro degradatis ipso facto habentur, ut interpretatur Decianus. Item hujusmodi sunt Clerici joculariores & moriones: de quibus est textus in c. un. de vita & honest. cleric. in 6. [Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se joculariores seu goliardos faciunt aut buffones, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso jure: si autem tempore breviori, & tertio moniti non resipuerint, careant omni privilegio clericali.] Idem est de Clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma. Item, qui dimisso habitu clericali se immiscuit in saevis & atrocibus delictis, & in habitu laicali repertus est in flagranti crimine, ut cum aliis asserit Decianus n. 89. dicens, hoc probari per apertum textum cap. fin. de Apost. ubi nullum verbum de hoc, volebat citare cap. 1. quod sic habet. [Praeterea Clerici, qui relicto ordine Clericali, & habitu suo in Apostasia tanquam Laici conversantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram Ecclesiasticam non precipimus liberari.] Hoc capitulum in sumario intelligitur de privilegio Canonis. Sed verus est, loqui de privilegio fori. Ceterum, quia loquitur de Apostasia, adeo dubium est, quousque possit extendi. Concludit ergo Decianus n. 92.

B 2

quòd

quod ubicunque quis non incidit in habitu eo animo, ut non modo in illo delicto, in quo deprehensus est, haberetur pro laico, sed generaliter in omnibus, quia nullo tempore volebat haberi pro clerico, puta quia per annum & ultra semper commoratus est, & vixit, & negotiatus est palam uti Laicus, negando se Clericum, talis, inquit, est Apostata, & ideo potest detineri, & puniri per Laicum, dato quod constaret esse Clericum, si in atrociori delicto fuerit deprehensus. In tali ergo casu putat Decianus, non requiri trinam monitionem, ut clericus privetur privilegio fori, quae ceteroquin de Jure communi requiritur. *cap. 25. de sent. excom. in fine. Ibi. hujusmodi clerici, si à Prelatis suis tertio communiti militaria noluerint arma deponere, de privilegio Clericorum subsidium aliquod habere non debent. & cap. 45. eod. ex quo clarius constat, quod loquatur de privilegio fori, & extenditur etiam ad eos, qui post delictum commissum reassumunt tonsuram, & sic habet.* [Sanè, in dixeris tua quidam existunt, qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clerico quidquam offendunt, ad penam subterfugium se Clericos exhibentes; cum enim super excessibus, quos seculari luxu committunt, ad publica Judicia petrahuntur, circumcensis criminibus, ut possint circumvenire vindictam, pro Clericis se representant, clericalis fori privilegium labiis allegantes, qui factis paulo antè negaverant clericatum. Verùm, quia privilegium ineretur amittere, qui permisa sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem: volumus & mandamus, ut tales, si tertio à te communiti scipfos contempserint emendare, illius efficiantur inunitatis exortes, quæ pro Clericorum tutela, & Laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta.]

49. Et hæc quidem procedunt de jure communi, secluso privilegio ampliore, quale per Constitutionem Leonis X. concessum dicitur Regi Galliarum, quod possint Judices Seculares illius Regni Clericos in habitu non incedentes, dummodo per quatuor retro menses etiam inceserint sine habitu clericali & tonsura, capere, distringere, & in eos inquirere, & etiam, si in Sacris non fuerint, punire.

50. Quæres ad quem Judicem spectet cognoscere, an habitus sit clericalis, quando id est dubium, quod facile fieri potest, quia vestis clericorum est varia. Respondet Guido, quem sequitur Decianus n. 95. pertinere ad Judicem Laicum, atque Decianus, hoc clarè probari per textum c. 12. *de sent. excom. in 6.* quod sanè est mirabile, cum ibi definitur ab Ecclesiastico esse judicandum, quando dubitatur, an sit Clericus, unde idem videtur dicendum, si dubitetur, an vestes sint clericales, ob rationis paritatem, ut

putarem, errorem itreprehensibilem in Decianum, nisi reverè hæc sententia tribueretur Guidoni etiam à Sebast. Guazzino & aliis. In cit. cap. plura deciduntur, quæ hæc spectant. [Si Iudex Laicus malefactorum captum detineat, & is se clericum dicens, ad curiam Ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tanquam suum clericum repetat, Judice illum inficiante clericum, ac ob hoc minime remittendum, dubitationis hujusmodi, an scilicet sit, qui reperitur clericus, ad Judicem Ecclesiasticum (quia de re Ecclesiastica, & Spirituali, vocato tamen Iudice seculari vel alio cuius interest) cognitio pertinebit &c. *Et infra.* Non sic autem volumus observari, si ante deprehensionem pro Laico publice se gerat, ac pro tali communiter habeatur, quamvis deprehensionis tempore reperitus fuerit in habitu clericali: tunc enim restituendus non est, quousque fidem de titulo fecerit clericali: cunctis eidem probatio incumbat, propter præsumptionem, quæ adversus ipsum orta est ex declaratione laicalis habitus precedente.] Hæc ultima verba forte pro se facere putavit Decianus, sed non est ita, nam supponitur, fuisse notorium, quod ante semper inceserit Laicus: Nulli autem dicitur, quod possit Laicus decidere dubium, an habitus in quo reperitus est, sit clericalis. Unde contra Guidonem, & Jul. Clarum q. 36. n. 14. tenent Covarr. Malcardus & Guazzinus, dicens, illorum opinionem ut falsam, & Canonibus contrariam communiter reprobari. Porro, interim dum agitur questio super clericatu, vel habitu, non potest procedere Laicus, ut addit in cit. cap. Idem dicendum, si captus est in veste seculari, sed incidit dubium, an amiserit privilegium fori.

51. Quæres ulterius, an Clericus commissio delicto suspectus de fuga, capi possit à Laico hac intentione, ut tradatur Judici Ecclesiastico. Respondent DD. affirmativè. Idemque dicunt de clerico noctu illicitè incedente, cum periculo comitendi delicti. Et ego ipse vidi capi Parochum de nocte stricto gladio simulantem, & alios provocantem, quem loci Toparcha curavit à convocatis campana signo rusticis capi, & etiam carenis confringi, quemque altero die ad suum Episcopum ita misit, & factum fuit approbatum.

52. Quæres iterum; An ad comprehendendum clericum à laico, sufficiat aliquando sola degradatio verbalis, seu depositio, vel an requiratur degradatio actualis seu realis. R. Aliquando sufficere depositionem verbalem, absque actuali degradatione si accedat incorrigibilitas, & ob contumaciam excommunicatio & anathematizatio. Ità interpretes in c. 10. *de Iudic. ibi.* [Quod si Clericus in quocunque ordine constitutus, in furto vel homicidio, vel perjurio seu alio crimine fuerit deprehensus legitime, atque convi-

convictus, ab Ecclesiastico Iudice deponendus est. Qui si de officio incorrigibilis fuerit, excommunicari debet. Deinde contumaciæ crescente anathematis mucrone feriri: postmodum vero si in profundum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra, quid faciat, ne potest esse ultra perditio plurimorum, per facultatem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputeret exilium, vel alia legitima pena inferatur.] Porro, quatenus post excommunicationem ulterius requiritur Anathematizatio, hæc superaddit excommunicationem solennem cum execrationibus publicis.

53. Quæres denique, quid juris habeat Iudex Laicus in eum, qui post commissum delictum assumit statum Clericalem. R. Cum distinctione, an assumpserit ante capturam, vel post capturam, si forte è carcere evasit illegitimè aut contra fidem datam. In priorè casu, iterum distinguendum: nam si Judicium nondum est captum, esto jam esset accusatus, non potest cognoscere Iudex secularis: Si verò Judicium jam esset captum, communis est opinio, quod quoad causam secularis tanquam preveniens possit cognoscere, & judicare: quoad personam verò neque detinendo, neque torquendo possit contra ipsum procedere, sed tantum quoad bona: & persona quoque poterit capitaliter condemnari, & tunc Episcopus debet eum degradare, & Decianus n. 138. ait se multoties vidisse ita observari. In secundo casu potest contra eum procedere Laicus absque consideratione: quia censetur in fraudem assumpsisse statum clericalem, vel religiosum. Sixtus V. Apud Rodriguez *to. 2. regul. q. 2. a. 3.* plenam Judicibus secularibus potestatem concessit procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem Religiosi facti fuerunt, imò eorum Professionem irritam pronuntiavit.

§. III.

In quibus casibus possit Iudex Ecclesiasticus procedere criminaliter contra Laicos sibi non subditos in temporibus.

54. PRIMUS casus. Si Laicus commiserit crimen Ecclesiasticum, h. e. ad forum Ecclesiasticum spectans, ut est Hæresis, Simonia &c. de quibus alibi: cujusmodi etiam sunt illa, quæ mixti fori sunt.

55. Secundus casus, contra non administrantes Clericos iustitiam, habetur in *can. 26. ca. 23. q. 5.* [Administratores planè secularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillarum ac viduarum protectionem, & rapaciumque refrenationem constituti esse procul dubio debent, quoties ab Episcopis & Ecclesiasticis visis conventi fuerint, eorum quaesimonia attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Quod si Dei timorem præ oculis non habentes, negligere post secundam & tertiam admonitionem inventi fuerint, omni se noverint in communionem usque ad conditionem satisfactionem privatos.] Imò talis Jurisdictione privandus est, *auth. statumus. de Epif. & Cler. ibi.* [Sancimus etiam, ut si quis clericus vel Ecclesiasticus personis iustitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus Jurisdictionem suam amittat.] Non utique ipso Jure, sed per sententiam Judicis, & quidem, secundum glossam, Ecclesiastici.

56. Tertius casus, contra foventes inimicitias periculosas, habetur *can. 9. distinct. 90.* [Placuit etiam, (sicut plerumque fit) quicumque odio aut longinquè inter se lite disenserint, & ad pacem revocari diurnam obstinatione nequiverint, à sacerdotibus civitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernitiosè intentione noluerint, de Ecclesia caru iustissimè excommunicatione pellantur.]

57. Quartus casus. Quando Laicus delegat causam criminalem Clerico, sed cum moderamine quod præscribit *Alex. III. in cap. 4. de Raptorib. ibi.* [Cum autem excessus hujusmodi Rex Sicilia tibi & aliis Episcopis commiserit puniendos, respondemus, quod tales in Jurisdictione tua existentes pecuniaria poteris penam mulctare, & etiam flagellis afficere, eà moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero ita fuerit gravis excessus, quod mortem vel detractionem membrorum debeant sustinere, vindictam reserves Regiæ Majestati.]

58. Quintus casus est, quando supplenda est negligentia Judicium secularium, *arg. c. 10. de foro compet. quod ita innatur.* [Laicus laicum super re civili coram Iudice Ecclesiastico convenire non potest, nisi in defectu Iustitiæ secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.]

59. Sextus, habetur in *can. Si quis suadente ca. 17. q. 4.* ut possit Ecclesiasticus procedere contra illos, qui manus violentas injecerint in clericum vel ejus familiam.

60. Denique innumeros casus agglomerant AA. sed qui omnes facile reducuntur ad unam regulam, nempe, quando delictum est tale, quod mereatur censuram Ecclesiasticam, eo

quod sit in præjudicium Ecclesiæ, vel Immunitatis Ecclesiasticæ, vel dignitatis ejusdem, nam talibus pœnis subjacent hoc ipso, quod sint Ecclesiæ membra, nec tamen veniunt in Matrem peccare.

§. IV.

De Vagabundis.

61. Dicendum, quod Vagabundi, hoc est, nullibi domicilium habentes, si delinquant, non solum in loco commissi delicti, sicut alii, (de quo infra) sed ubicunque deprehenduntur, possunt accusari & judicari à Judice illius loci, ubi sunt deprehensi. Colligitur hanc conclusionem Interpretes ex l. 1. c. *Vbi de criminibus agi oportet*, quæ sic habet. [Quæstiones eorum criminum, quæ legibus vel extra ordinem coercentur, ubi commissæ vel inchoatæ sunt, vel ubi reperiantur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere, satis notum est.] Ubi illa verba: *Vbi reperiantur*: sunt quidem intelligenda de domicilio, respectu illorum, qui domicilium habent, sed respectu vagabundorum intelligenda sunt, de loco, ubi deprehenduntur: cujus ratio mihi videtur esse, quia fisione Juris censetur habere ibi domicilium ubi deprehenditur, ne alioquin melioris conditionis sit, quam habens domicilium.

62. Quæstio tamen est, an, si Judex loci ubi deliquit, repeteret reum ab illo Judice, ubi deprehensus est, deberet illi remitti. Cynus, Bartolus & quidam alii, post glossam negativè respondent. Affirmant verò Canonistæ, quos sequitur Decianus: & est, meo judicio, efficacior ratio. Ideo vagabundus ubique conveniri potest, quia cum nullibi habeat domicilium, ubique dicitur illud habere, adeoque fingitur etiam habere in loco ubi deprehenditur: Atqui si in rei veritate haberet ibi domicilium, deberet, si peteretur, remitti ad locum delicti. Ergo multo magis vagabundus. Min. probatur ex cap. *fin. de foro competente*. Sed de hoc pluribus infra.

§. V.

Quomodo ex loco Originis vel Domicilii foruz acquiritur.

63. Quæritur I. An Judex Originis vel Domicilii possit per viam Accusationis

procedere contra suum subditum ratione delicti extra suum territorium commissi. *¶* Affirmativè ex communi omnium DD. tum quia aliquoquin titulus Originis & domicilii esset de ventio, & nullius placet impunita, si accusator non haberet electionem. Et colligitur ex l. 1. *relata C. Vbi de crimin.* Verbo. *ubi reperiantur* quæ de domicilio accipiuntur à glossa & communi DD. ut paulò antè dixi. Colligitur etiam efficaciter ex l. 10. *C. de Ep. & Cler.* ubi datur seculari Judici potestas judicandi illos, qui in Ecclesia delinquant, esto Ecclesia sit extra territorium illius; nec potest hic textus eludi, quasi hoc fiat ex speciali privilegio in favorem Ecclesiæ, quia potius sit, ne delicta maneant impunita. Sic habet. [Si quis in hoc genus sacrilegii protulerit, ut in Ecclesiis catholicas intruens sacerdotibus & ministris, vel ipsi cultui locoque aliquid importet injuriæ quod geritur, à provincia rectoribus animadveratur, atque ita provincie moderator Sacerdotum & catholicæ Ecclesiæ ministrorum, loci quoque ipsius & divini cultus injuriam capitali in convictis seu confessis reos sententiâ noverit vindicandum; nec expectet, ut Episcopus injuriæ propriæ ultionem deponat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque sanctus laudabile, factas atroxes sacerdotibus aut Ministris injurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri.]

64. Quæritur II. An etiam possit procedere per viam Inquisitionis. Affirmant aliqui cum Cyno & Bartolo. Communior tamen præsertim antiquorum est negativa. Quam opinionem sequitur, sed cum moderatione, Decianus, nempe si offensus non esset subditus Judicis Originis vel domicilii accusati, rationem redditi, quia tunc ille subditus extra territorium delinquendo non turbavit territorium. Ergo non habet causam inquirendi. Quæ tamen ratio non videtur convincens: ratio enim & utilitas inquisitionis, non fundatur unice & adæquatè in medendo factæ actuali turbationi, sed vel maxime in amovendo periculo futuræ perturbacionis, quæ à talibus merito timeri potest, qui extra territorium delinquere audent. Certè, si delictum tale esset, quod non nisi extra territorium perpetrari posset, v. g. ferendo arma ad barbaros, fatetur ipse Decianus, quod affirmativa esset verior. Pro Negativa & communi sententiâ non invenio aliud argumentum, quam hoc: De Jure Civili (secus de Jure Canonico) Inquisitio non est permessa nisi in casibus expressis, pro quo assertit Decianus ex lege 2. §. 1. ff. *ad leg. Jul. de adult.* ubi nec verbum de hoc est, sed sic habet. [Si publico Judicio maritus uxorem ream faciat, an lenocinii allegatio repellat

ab ac-

ab accusatione? Et putem non repellere: lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem exculat.] Quid hoc ad rem? Deinde argumentum probaret, quod nec Judex loci ubi delictum commissum est, posset inquirere. Itaque mihi magis placet sententiâ RR. qui admittunt talem inquisitionem, & videtur posse confirmari ex lege 10. *C. de Ep. & Cler.* paulò antè relata. Et ita praticari in foro Saxonico colligo ex Bened. Carpovio p. 3. q. 110. n. 3. ubi dicit: Solet enim delinquens hodiernis moribus conveniri, & contra eum inquisitione, aut per viam accusationis procedi, ubi domicilium habet, vel ubi delictum perpetravit, vel ubi deprehensus est.

65. Quæritur III. An Judex inquirens in delinquentem extra suum territorium, teneatur sequi statuta sui fori, vel statuta loci, in quo commissum est delictum. DD. adhibent varias distinctiones, sed in Jure non satis fundatas. Communis est opinio, quod Judex domicilii condemnare non possit delinquentem extra territorium suum secundum statuta sua, sed vel secundum Jus commune, vel secundum statuta loci delicti. Processum tamen potest ac debet formare secundum statuta territorii sui.

66. Quæritur IV. An hodieque locus Originis constituat speciale forum, distinctum à loco domicilii, in criminalibus. Ad hoc respondet Carpovius n. 10. quod hodie ex generali Germaniæ consuetudine non amplius attendatur domicilium Originis, sed solum domicilium habitationis, nisi reus in loco originis deprehenderetur; sed tunc locus originis perinde se haberet, sicut quivis alius locus, ubi nec delictum commissum est, nec domicilium habet reus. De Jure communi tamen ille Jurisdictiones distinguuntur per leg. 29. ff. *ad Municipalem*. [Incola & his Magistratibus parere debet, apud quos incolæ est, & illis apud quos civis est: nec tantum municipali Jurisdictioni in utroque municipio subiectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.]

67. Quæritur V. Quid Juris sit, si quis plura habeat domicilia. *¶* Posse in utroque Loco (si sub diversis territorii sunt) accusari, & inquiri. Quodsi tamen quis per majorem notabiliter partem anni in uno loco ex duobus habitaret, vel familiam suam haberet, ibi solum haberet domicilium, prout colligitur ex lege 1. ff. *ead.* [Labeo indicat, eum, qui pluribus locis ex æquo negotiaret, nusquam domicilium habere: quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse, aut domicilium habere, quod verius est.] juncatà lege seq. §. 2. [Viris prudentibus placuit, duobus locis posse quem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit,

ut non ideo minus se apud alteros se collocasse videatur.]

Illud autem speciale est in Judice domicilii, quod possit suum subditum citare, ubicunque existat, quia quocunque vadat, dicitur ejus subditus, quod non potest ita universaliter facere Judex loci delicti, nisi ibi reperiat, de quo §. seq. q. 3.

§. VI.

Quomodo quis Forum sortiatur ratione Delicti.

68. Hic est celebris modus sortiendi Forum; adeo ut, sicut in Civilibus forum domicilii dicitur esse potentius ceteris, ita in Criminalibus forum ex delicto est potentius foro ex domicilio, ut ex decidendis de Remissionibus constabit. Itaque Dicendum, & pro Regula (salvis exceptionibus) est statuendum, quod delinquens puniri possit à Judice illius territorii, in quo commissum, seu consummatum est delictum. Probatur variis Juribus. Imprimis l. *fin. ff. de accusat.* [Alterius provincie reus apud eos accusatur, & damnatur, apud quos crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus esse observandum, optimi Principis nostri rescripserant.] Hoc ultimum intelligunt Interpretes, de delicto non militari, sed communi. Item l. 1. jam sup. recitata. *C. ubi de crimin. agi oportet*. ex qua lege habetur, quod sufficiat ibi fuisse delictum inchoatum, de quo tamen infra q. 4. plura, ubi etiam alia Jura adducentur. Subjungitur illi legi Authentica: [Qua in provincia quis deliquit &c. illic etiam Juri subjacet: quod Jus perpetuum est. Si ergo ambo, & actor & reus sint in provincia, illic, omni privilegio cessante, res expediatur.] Intellige de privilegio aufferibili à Sacrali & Imperiali potestate. Hinc

69. Quæritur I. An Conclusio procedat etiam de personis in Dignitate constitutis. *¶* Procedere in personis Clarissimis, infra tamè Illustres constitutis, per textum in l. 1. c. *ubi Senatores vel clarissimi Civit. vel Criminal. conveniantur*. [Quicunque non Illustri, sed Clarissima dignitate tantum præditus virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa vel crimine fuerit deprehensus: intra provinciam in qua facinus perpetravit, publicis legibus subjungatur, nec fori præscriptione utatur, omnem enim hujusmodi honorem reatus excludit.]

70. Quæritur II. Si in confinio duorum territoriorum aliquis occisus reperiat, uter Judex habeat cognitionem? Respondet Ant. Perez, si certò constet, in confinio eadem esse perpetra-

1211

tam, ad utrumque pertinere. quia absurdum est dicere, ad neutrum cognitionem pertinere, cum maleficia non debeant esse impunita. Locus tamen esset præventioni. Quod si non constat, homicidium esse perpetratum in confinio, tunc aliquorum est opinio, tum cognoscere debere, in cuius territorio caput occisi reperitur, cum caput sit pars principalis hominis. Illud certum est, quod quando accusatus coram Iudice loci delicti, negat se commississe in tali loco & territorio, de hoc cognoscat ille Iudex, apud quem est accusatus; ut colligitur ex lege 1. ff. de Iudiciis. alibi relata.

71. Queritur III. An, & cum quo effectu possit reus à Iudice in loco delicti citari. In hac re non satis se declarant plerique DD. Gilhusius ordinatè sic discipulit. Aut delinquens existit in territorio Iudicis delicti, aut non. Priori casu citari potest delinquens omnibus modis, tam verbali quam reali citatione. Ratio est, quia Iudex loci delicti in delinquentem constituimus in suo territorio ad omnes effectus juris habet Jurisdictionem, hoc est, non solum in Personam delinquentis, sed etiam in Bona alibi existentia, ita ut in penam delicti per sententiam bonis privare possit reum, licet executio faciendâ sit à Iudice illius loci ubi bona existunt. Posteriori casu subdistinguitur. Aut enim citatio pervenit ad reum in territorio Iudicis citantis, aut non. Priori casu, ex communi DD. concluditur, citationem esse validam, & que contra non competentem processum instituit, sententiam annotationis bonorum in territorio existentium, item immisionem in bona, & banni & excommunicationis ferri posse. Argumento c. 19. de foro compet. [Proposisti nobis, quod quidam subditus tuus, ad petitionem cujusdam adversarii sui à te legitime citatus ad causam, qua postmodum jurisdictionis alterius esse cepit, tuum intendit iudicium declinare. Porro tua prudentia dubium esse non credimus, quod is in prædicta causa jus revocandi forum non habet, quasi ab illo jam præventus.] Ecce! rationem: per citationem erat præventus, & ideo jam obnoxius contumacia, quocumque se confert. Posteriori casu, quando citatio non pervenit ad illum in territorio delicti, rursus distinguitur. Aut enim citatus habet bona sub Jurisdictione Iudicis citantis, aut non habet. Priori casu concluditur, citationem hæcenus valere, ut absens bona annotari, & in ea immisio fieri possit. Altero vero casu, cum citatio non pervenit in loco delicti, nec delinquens habet bona intra locum delicti, citatio caret omni effectu, quia extra territorium jus dicenti impunè non paretur. Requirit tamen potest Iudex domicili, aut loci ubi reus existit, ut reus remittatur, de qua remissione infra agetur.

72. Et hæc quidem de Jure communi procedunt. Ceterum, Carpzovius p. 3. q. 110. n. 47. testatur, praxin esse, ut in loco delicti commissa causa criminalis adversus absente etiam Reum agitur, etiamsi citatio præsentis non sit insinuatâ. Nam Iudex delicti absente per subsidium Jurisdictionis ex delicto quaerit, ubi deprehenditur, vel si latitat, edicto publico in tabulis diversitrium dominorum territorii affixio citare, & adversus non competentem ad bannum procedere solet. In hoc ergo consuetudo locorum est attendenda; v.g. Studiosi absentes, & ubicunque tandem existentes, ad valvas Academiæ affixio programmate citantur.

73. Queritur IV. Si delictum in uno loco est inchoatum, sed in alio territorio consummatum, quis Iudex sit competens. Exemplum vulgare est, si quis stans in territorio A. ejaculetur in adversarium, & occideret statim in territorio B. Decianus videtur velle n. 9. quod, nisi in loco explosionis existeret statutum, prohibens explosiones in genere, solus Iudex loci ubi effectus est, possit delictum punire. Alii tenent quod quisvis eorum territoriorum possit causam judicare. Ita etiam sentit cum aliis Gilhusius n. 115. qui quidem nullum jus asserit, sed mihi videtur textus apertus in l. 1. c. ubi de crim. agi oporteat. quam paulo superius adduxi, ubi expressè dicitur disjunctivè; ubi commissâ, vel inchoatâ sunt. esset ergo inter illos præventioni locus. Ratio etiam non deest, nempe illa ipsa ob quam Jura universim volunt forum acquiri per delictum: nempe, 1. ut hæc ratione homines à delictis hujusmodi committendis absterceantur, 2. ut sic puniatur injuria, quæ inferitur loco, ubi committitur delictum, 3. ut facilius possint reperiiri accusatores delicti: quas rationes asserit Covarruvias præf. 99. c. 11. n. 3. quibus addenda alia principalis, quia plerumque facilius haberi possunt probationes in loco delicti commissi, quam in loco domicili: quam rationem asserit Ant. Perez. Hæc rationes possunt facile accommodari propositæ quæstioni & resolutioni. Verùm accuratius hoc dubium infra discutietur, contr. c. q. 14. ubi diversi casus per exempla declarabuntur.

74. Dicitum est in Conclusionè. *Salvis Exceptionibus.* Nam excipiuntur illi, qui ab Ordinaria Jurisdictione per privilegium exempti sunt; v.g. Clerici, (de quibus supra) qui fori privilegium per delictum non amittunt. Item legatus in legatione peccans, privilegium fori retinet. *Glossa in auth. quæ provincia. C. ubi de criminib. agi oportet.* item miles gaudet privilegio fori, de quo est lex 6. C. de Jurisd. omni. Jud. [Magister præfatus inter militates viros, vel privatum auctorem & reum militarem, etiam civillum quæstionum audiendi concedimus facultatem: præfer-

præsertim cum ipsum de more litigantium esse videatur, conlectique militarem reum nisi à suo Iudice nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit, coerceri.] Huc denique refert Gilhusius Studiosos, ut non nisi coram Iudice Rectore conveniri possint, etsi alibi deliquerint, imò cum Rectore non habeat territorium, ubicunque delinquant, extra territorium sui Magistratus delinquant. Fundatur hoc privilegium fori in Auth. Habita. C. ne filius pro patre. ibi in fine. [Veruntamen si litem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit: hujus rei optione datâ Scholaribus eos coram Domino vel Magistro suo vel ipsius civitatis Episcopo, quibus hæc Jurisdictionem dedimus, conveniat. Qui verò ad alium Iudicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa iustissima fuerit, à tali conamne cadat.] Sed de his consulenda sunt Academiæ privilegia.

75. Denique si delictum in via publica est commissum, illius cognitionem volunt multi spectare ad illum, cuius est Jus Regale in eadem via publica. Alii tamen volunt spectare ad eum, qui in territorio per quod via transit, habet merum Imperium. In quo etiam praxis attendenda est, (nam Jure communi res non est decisa) vel peculiaris statuta, cujusmodi referuntur ex parte pro Foro Saxonico, ubi posterior sententia observatur.

CONTROVERSIA VI.

Quanam sit obligatio remittendi delinquentem ad alium Iudicem requirentem.

SUMMARIVM.

AN sit obligatio remittendi, non petit remissio-
ne. 77.
An sit Jus petendi remissionem ab eo, qui nullam habet
Jurisdictionem in reum. 78.
Negativa probatur etiam ratione. 79.
Intellectus Novellæ 15. c. 6. §. 1. n. 30.
Pro Negativa fiat consuetudo. 81.
An Iudex requisitus debeat præmittere aliquam causæ
cognitionem. 82.
An in omnibus criminibus habeat locum remissio.
83.
An in atrocioribus fiat ex necessitate, vel urbanitate.
84.

An Iudex domicili possit supplere negligentiam Iudicis ad quem reus est remissus. 85.
An ad remissionem teneatur Superior Iudex respectu inferioris. 86.
An vagabundus remittendus sit ad locum ubi deliquit. 87.
Nolens remittere, quomodo cogendus. 88.
An faciendâ remissio in casu quo gravitas delicti excedit potestatem puniendi. 89.
An remissio sit necessariò faciendâ ad Iudicem suspectum. 90.
An captus à privatis, & remissus ad locum delicti, possit puniri. 91.
An plurium delictorum reus, ab uno Iudice ob innum decensus, debeat remitti ad alium ob aliud delictum petentem. 92.
Quid si delictum in uno territorio inchoatum, in alio est consummatum. 93. & seq.
Mandarum, etiam non secto effectu est punibile. 96.
Quomodo puniendi Mandans & Mandarius peccantes in diversis territoriis. 97. & seq.
Quomodo puniendus tractatus de perpetrando delicto. 100.
Cujus expensis faciendâ remissio. 101.
Quid de Consuetudine observetur circa remissiones. 102.
Quid dicendum de fine cui reus furviva alibi deprehensus. 103.

76. **I**n hac Controversia prius videndum est, quid sit dicendum de Jure Communi. Deinde, quid observetur de Consuetudine; & tandem lectis omnibus quæ DD. de Remissionibus scribunt, apparet totum hoc Jus redditum esse Consuetudinarium.

77. Queritur I. An sit obligatio remittendi, quando nulla remissio petitur. Respondent DD. non esse obligationem, sed tamen nec etiam prohiberi, quominus, si velit Iudex, qui comprehendit reum extra locum delicti committi, remittere ad Iudicem loci ubi deliquit, id possit ex urbanitate facere. Quod non teneatur, colligitur ex Novella 134. c. 5. quod commodius infra referetur. Unde rectè inferitur, posse hujusmodi reum non petitur, puniri ab eo qui illum Jure apprehendit, ut Iudex domicili, vel si reus sit vagabundus, qui ubique accusari potest, ut supra dictum.

78. Queritur II. An Iudex ratione delicti in suo territorio commissi, possit Jure petere remissionem rei existentis in aliquo alio territorio, ubi Iudex illius territorii nullam habet Jurisdictionem in delinquentem. Affirmant Calderinus, & Panormitanus, quos refert & sequitur Covarruvias præf. quæst. c. 11. n. 6. Ant. Perez

Perez in tit. de exhib. & transmit. reis. & Fachin. us l. 9. c. 22. qui tamen in titulo quaestiois requirit, ut illi Judices sint sub eodem Principe, cum qua limitatione est communis hae sententia. Sed clausa hac limitatione

Communis & verior est Sententia Negativa, pro qua adducitur c. 1. de privilegiis in c. ubi dicitur, exemptum, qui aliquando de Jure remittendus esset ad Judicem à quo Jure delicti commissi petitur, non posse remitti à Judice Ordinario, qui ratione exemptionis nullam Jurisdictionem in illum habet. Ad hoc capitulum duplicem responsum adhibet Covarruv: sed prior est manifeste divinatoria, cujus nullum vestigium exstat in textu. Responder 1. Posse intelligi de casu, quo non est petita remissio. Responder 2. Posse intelligi de delinquente non solum exempto ratione personae ab Ordinario illius loci ubi existit, sed etiam exempto ratione loci: quo casu non poterit quidem remitti à Judice Ordinario, ratione exemptionis quoad locum, sed tamen erit remittendus à suo Judice proprio. Textus sic habet. [Definimus, quod quantumcunque sic exempti gaudeant libertate

(ex privilegio concessio, ut non teneantur nisi sub certo Judice respondere) nihilominus tamen ratione delicti sive contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos Jurisdictionem (prout Jus exigit) exercere. Nunquid ergo (objicit sibi Pontifex) carent omnino in his commodis libertatis? non utique, quia nec coram Ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto commissum delictum, vel contractus iniustus, aut res religiofa, nec ubi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus superstitis: ne domiciliorum praetextu locorum diceantur (si ubi deliquerunt, vel contaxerunt, vel res ipsa exiit, illi conveniantur) remittendi eos illic, vel ipsi ut illic respondeant, injungendi habeant aliquam potestatem.] Itaque Ordinarius prohibetur remittere ideo, quia nullam habet Jurisdictionem in delinquentem, quae ratio est generalis: ac proinde nullus Judex potest requiri ad remissionem, quando nullam habet in reum Jurisdictionem, nisi forte subsint eidem Principi, & in eadem provincia; & sic censentur habere quoad talem remissionem faciendam communem Jurisdictionem, pro bono illius Provinciae.

79. Pro communi Sententia negativa est etiam duplex ratio. Prima, quia Judex ad remittendum requisitus, non potest remittere, nisi precedente aliqua summariâ cognitione, quâ ipsi probabile fiat, delictum esse commissum in territorio petentis remissionem, atqui haec cognitio non recte fit ab eo, qui nullam habet Jurisdictionem in reum, in quem inquit: & ipsum vocabulum Remissio, videtur sonare aliquam Jurisdictionem non supremam, sed superabilem ab alia, nempe ab illa, à qua petitur remissio. Secunda ratio affertur à Deciano. Qui vult remittere, necesse est, ut detineat personam ejus, & remittat actu ipso, vel citet, & jubeat, ut compareat coram Judice, ad quem intendit remittere: sed isti sunt actus Jurisdictionales, qui non possunt exerceri nisi in subditum aliquo titulo.

80. Obijciunt affirmantes ex Novella 14. c. 6. §. 1. ubi de defensoribus civitatis dicitur. [Audient quoque leviora crimina, & castigationi competenti contradent, & eos, qui in Majoribus Criminibus capiuntur, detinent in carcerem, & mittent ad Provinciam Praesidem.] In de argumentantur. Defensor non habet Jurisdictionem in eum, qui gravius crimen deliquit, & tamen debet remittere. Ergo &c. Si ex hoc loco aliquid probaretur, etiâ probaretur quod deberet fieri remissio, nullâ factâ praviâ petitione, hoc enim debet facere defensor. Directè, Defensor non habere quidem Jurisdictionem plenam cognoscendi & puniendi tale delictum, sed tamen habere Jurisdictionem in carcerandi delinquentem, quem deprehendit graviter delinquentem, jam ergo sumus extra causam quaestiois. Obijcit Ant. Perez; Judex delicti videtur alteri dare Jurisdictionem ad custodiendum & mittendum reum. Male hoc videtur, nam quomodo potest dare Jurisdictionem pro territorio, pro quo ipse non habet?

81. Ceterum, quidquid fit de Jure, Farinacius q. 72. n. 28. testatur, generale consuetudinem stare pro hac negativa sententia, quod tamen intelligo de illis locis, in quibus necdum in desuetudinem abiit omnis remissio, de qua infra.

Deinde, non est intelligenda Conclusio de illis, qui ita sunt subiecti superiori Principi, & remissionem petenti, ut ille Princeps habeat Jus citandi reum in illorum inferiorum Judicum territorio. Nam tunc isti tenentur reum apprehendere & remittere, esto nullam Jurisdictionem habeant ordinariam: & ita observatum testatur Decianus in quodam Arimineni (quae civitas, dum hac scribo, per terrae motum prope modum everfa est) qui furto subtraxerat Romae bonam summam Scutorum Theaurario Summi Pontificis Pauli III. nam ad requisitionem Pauli III. Dominium Venetum ipsum inventum & carceratum in civitate Utini, Romam remisit. Addit Guazzinus, hodie ad nuntium Summorum Pontificum omnes Principes remittere delinquentes ad Curiam. (quod intelligo de Principibus Orthodoxis) Et ego (inquit) dum sui locum tenens criminalis Auditoris Camerae, feci aliquos

suspens-

suspensore (suspensi) qui fuerunt remissi per Principes ad Paulum V. S. Pontificem.

82. Queritur III. An Judex requisitus debeat aliquam causam cognitionem prius tacere, antequam remittat. Negat totundè Antonius Gomez c. 1. de delictis n. 87. in fine, citans Bartolum, Albert. & Angelum. Julius Clarus cum Covarr. ait, hanc esse communem, & in practica observari. Alii communiter omnes affirmant, sed tandem ita se explicant, ut fortè AA. negantes non essent contradicendi. Itaque non requirunt Affirmantes, ut ille Judex necessariò aliquem processum instituat, & inquisitionem, si absque ea acquirat aliquam probabilem notitiam tum delicti à tali persona commissi, tum commissi in territorio talis Judicis. Imprimis enim Decianus testatur, quod sufficeret, si Judex requisitus cognovisset, quod Reus fuerit contumax coram Judice delicti: nam contumacia facit indicium contra delinquentem, quod verè sit reus, & propter praesumptionem pro Judice illum remittere, tibi summam cognoverit de contumacia. Deinde dicit, quod licet non teneatur credere Judicem asserenti, commissum esse delictum, si tamen apud Judicem requisitum invaluisset fama de commissio delicti à tali in tali loco, deberet eam remittere absque alia causa cognitione. Imò plus dicit Farinacius n. 35. in fine, nempe quod ista Summaria cognitio non spectet ad Judicem remittentem, ille enim est metus executor, nec potest etiam summariè de crimine cognoscere, sed sufficit, quod Judex requisitus in litteris requisitoris summam delicti probationem inserat, ex qua orietur Summaria cognitio apud Judicem requisitum, sine qua remittere non tenetur.

83. Queritur IV. An in omnibus Criminibus habeat locum Remissio. Negativè, nam neque in levioribus criminibus, etiam si criminaliter agatur, neque etiam in atrocioribus, si tantam civiliter agatur, permittitur remissio. Ratio prioris est, quia finis remissionis ad locum delicti est, ut ibi sumatur vindicta, ubi datum est malum exemplum, & damnatum, ut alii absterreantur: quae ratio non ita urget in levioribus delictis. Ratio posterioris est, quia in causis civilibus non permittitur remissio, ergo nec in illis, quae civilibus comparantur, utriusque ratio generalis est, quia remissio non fit, nisi ad puniendum, atqui cum civiliter agitur, non intenditur poenitentia, ergo &c. Prior pars (in qua est major dubitandi ratio, colligitur per argumentum à contrario sensu ex lege 3. pr. ff. de remilitari. [Defectorem audient ad suam duceam cum elogio Praesidis mittet, praeterquam si quid gravius ille defector in ea Provincia, in qua reperitus est, admisit, ibi enim eum plecti poena debere, ubi facinus admif-

sum est, Divus Severus & Antoninus rescripserunt.]

84. Queritur V. An in atrocioribus remissio debeat fieri de necessitate, an solum ex urbanitate. Negat Judicem Originis vel Domicilii non solum ex urbanitate, sed debere ex necessitate legis remittere, si à Judice delicti requiratur. Ita communis sententia, sed cum hac limitatione, nisi esset praeventus à Judice Domicilii, nam si ille jam coepisset iudicium, aut punivisset reum, non teneretur, nec oportere remitti, ne bis puniatur. Et sic intelligo, quae tradit Farinacius n. 24. aliis relatis, qui videntur contrarium tenere, & expressè ita se declarat Covarruvias n. 6. §. 6. quia Judex loci delicti jam praeventus.

Probatur ex Novella 134. c. 5. [Si verò quis comprehensorum criminum lauterit, aut reliquerit provinciam illam, in qua crimina deliquit, jubemus legitimis edictis à Judice evocari eum: & si non obediat, illa in eum procedere, quae nostris legibus definita sunt. Si verò cognoscatur, quod in alia provincia degit, jubemus illius provinciae Judicem, in qua peccati quid huiusmodi contigerit, epistolâ uti ad Provinciam illius Judicem, in qua delinqueas persona degit, illum verò qui publicas suscepit litteras, NB. & periculo suo & officii sui comprehendere huiusmodi, & ad Judicem provinciae remittere, in qua peccavit, supplicis legitimis subijciendum. Si verò, qui publicam Epistolam suscepit, neglexerit hoc facere, aut officium ejus tradere, aut imperata neglexerit, tunc NB. & ipsum Judicem tres auri libras, & officium ejus alias tres pro poena inferre jubemus. Si verò Judex aut aliquis officii ejus propter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens convincatur, spoliatu singulo exilio tradatur.] Nescio, quomodo aliqui potuerint hunc textum ita torquere, ut solum loquatur de Judice subdito illi à quo requiritur. Et magis mirum est, quomodo Baldus dixerit, se nescire legem dicentem, quod in criminalibus debeat fieri remissio.

Rationes autem huius exquisitissimae constitutionis varia afferuntur, nempe illa ipsa quae supra recitavi, quare ratione delicti quis forum nanciscatur.

85. Queritur VI. Si Judex, ad quem delinquens fuit remissus, esset morosus & negligens in procedendo contra reum, aut puniendum, an Judex domicilii posset procedere. Negativè, affirmativè. Ita Decianus n. 27. & Farinacius, n. 23. Ratio est, quia non debent delicta manere impunita, nec Judex potest opponere remissionem aut pendentiam litis, quia morosus & contumax eam si opponat, non auditur, ut tenet

C 2

Bartolus

Bartolus & alij. Unde pro cautela potest Judex domicilii remittens delinquentem, praefigere terminum, intra quem expediatur causa, alioquin se processurum. Ceterum, non prohibetur Judex domicilii etiam post latam sententiam remittere reum pro sententiae executione, quia expediri ibi puniri, ubi delictum commissum est, ut sup. dicitur.

86. *Quaeritur VII.* An, si delictum commissum est in territorio Judicis inferioris, reus verò existat in territorio Judicis Superioris, teneatur Judex Superior remittere ad inferiorem. *Re.* Negative. Ita Farinacius n. 33. dicens, esse vulgare, quòd Curia Superior non remittat Inferiori, quòd tamen est intelligendum, quando Curia Superior habet potestatem avocandi causam ab inferiore, aut retinere cujusque appellacione occasione. Monet tamen Covarrias §. *decimo tertio.* quòd si ille Judex superior non possit causam apud Judicem inferiorem pendente avocare, nec ejus cognitionem assumere aliter, quam per legitimam appellacionem, profectò tenebitur requisitus delinquentem remittere ad locum delicti, quamvis illius loci Magistratus inferiores sint, & hunc Superiorem habeant; & exemplificat Covarr. in Ducibus, Comitibus, & Marchionibus Hispania, qui, tametsi sint Domini loci ubi commissum est delictum, quia tamen non habent Jus avocandi causas, tenentur requisiti remittere etiam ad suum subditum seu inferiorem.

87. *Quaeritur VIII.* An Vagabundus remittendus sit ad locum ubi deliquit. Pro Negative refert Guazzinus Julium Clarum q. 39. n. 6. (volebat citare n. 7.) sed reverè Julius Clarus non negat, debere remitti, si requiratur. Solum dicit, quòd possit ibi puniri, ubi deprehenditur. Ideo cum communi *re.* affirmative. Ratio est, quia utique non debet plus habere juris ille Judex, qui nec est Judex ratione domicilii, nisi Juris fictione, quam ille, qui verè est Judex ratione domicilii. Cum hoc stat, quòd Judex comprehendens alibi possit non requisitus vagabundum judicare & punire, prout supra dixi, & notat Fachineus l. 9. c. 24.

88. *Quaeritur IX.* Si Judex requisitus nolit remittere, quà ratione cogi possit. *Re.* Non posse quidem cogi à Judice requirente, quia par in parem non habet potestatem, sed esse adendum Principem, qui eum compellat mediis competentibus, quales in foro Ecclesiastico essent Censura.

89. *Quaeritur X.* Si Judex, qui alioquin haberet jus in delinquentem, sit inferioris potestatis, & cognoscat, delictum mereri graviorem poenam, quam ipse possit infligere, an debeat remittere, etiam non requisitus, ad Superiorem. *Re.* Affirmative. Pro quo imprimis facit textus sup.

relatus de defensoribus civitatum: & ratio est generalis, ne crimina maneat impunita.

90. *Quaeritur XI.* Si Judex petens remissionem, esset prudenter suspectus, quòd reum ad se remissum non esset pro merito puniturus, sed infra meritum, forte quia est persona conjuncta &c. an Judex domicilii nihilominus remittere teneretur. *Re.* Negative, per rationem allatam, ne delicta maneat impunita. Non credo tamen quòd teneretur ad hanc Exceptionem opponendam, sed posset, si vellet, (seposita suspitione remittere: nam posset adhuc postea procedere contra reum non puniunt.

91. *Quaeritur XII.* Quidsi delinquens ex territorio ubi deliquit, fugerit ad aliud territorium, & ibi captus sit, non quidem à Judice illius territorii, sed à privatis personis, (quales etiam censerentur illi, qui in territorio delicti potuissent eum capere, sed perfecti sunt eum, & ceperunt in alieno territorio) an talis remissus ad locum delicti possit ibi judicari, & puniri. *Re.* Negative, sed debet relaxari, & in pristinam libertatem restitui, adeoque ad locum ubi captus est remitti; sicut in simili dicitur, quòd qui ex asylo extractus est, debet restitui loco asyli. Ratio est, quia illi qui comprehenderunt, non habuerunt jus auferendi libertatem: ergo injustè spoliatus est ante omnia restitendus. Facit huc etiam lex sup. ff. de Jurisdic. quòd extra territorium Jus dicenti imponi non poterit. Ergo ejus ministri non habent Jus capiendi extra territorium. Ergo contra sic captum injustè procederetur. Accedit, quòd, ut patet ex relata Nov. ad Jus remissionis requiritur, ut petatur à Judice, & à Judice remittatur puniendus: ergo non potest peti à privatis, nec à privatis remitti. Ita Ant. Gomez aliique communiter omnes, quos refert & sequitur Farinacius n. 40. & 41.

92. *Quaeritur XIII.* Quidsi commissit quis plura delicta in diversis territoriis, & ab uno Judice detineatur propter unum delictum, & ab altero petitur sibi remitti propter aliud delictum, quid agendum est? *Re.* Imprimis considerandum esse, an poena utriusque delicti correspondentes sint compatibles, hoc est, quòd una cum iniuncta possit adhuc altera infligi, necne, quales non sunt poenae mortis. Si primum, tunc iterum considerandum est, quae poena sit mitior, & tunc ille Judex prius judicabit, & puniet, qui de minore delicto cognoscit, & ideo ad illum facienda est remissio; qui facta executione remittet iterum ad alterum Judicem, ut & ille pro majore delicto ad ipsius Jurisdictionem pertinente reum punire possit, nam à mitiore poena incipiendum est, praesertim si gravior poena praemisit impediret poenam mitiorem. Si verò poenae essent incompatibiles, tunc non est necesse remittere, sed punietur ab illo Judice, apud quem detineatur

tur reus, quia in pari causa ille praefertur. Ita communis DD. & in specie Farinacius. Qui tamen non resolvunt, an, si unus illorum Judicum possit judicare de utroque delicto, v. g. quia est Judex domicilii, & ideo potest judicare etiam de delicto commissio extra domicilium, an, inquam, si poenae sunt incompatibiles, deberet tamen poenam augere, propter duplicatum delictum: Et videtur affirmandum, per regulam generalem, quòd delicta non debeant manere impunita: maneret autem alterutrum delictum impunitum, si non infligeretur nisi poena commensurata uni delicto. Verum, ad hanc dubitandi rationem respondebitur infra, cum agam de cumulatione poenarum ob pluralitatem delictorum.

93. *Quaeritur XIV.* Et difficilius. Quisnam sit Judex competens, quando unum idemque delictum est inchoatum in uno territorio, & in altero consummatum. Pro cujus resolutione distinguendi sunt cum Felino & Farinacio tres casus diversi. Primus est, quando tam agens quam patiens idem est, & concurrunt in eodem loco. v. g. quando Petrus Paulum animo occidendi aggressus est in uno territorio, & fugientem insecutus occidit in altero territorio. Hoc casu dicendum est, posse quemlibet illorum Judicum procedere absque altero, & consequenter erit locus preventionis: nec unus tenetur remittere ad alterum, quia uterque in suo territorio laesus est. Aliud exemplum affertur de rapiente puellam in uno loco, & stuprante in alio. Secus esset, si initium esset licitum, sed consummatio esset illicita, tunc enim solus Judex ubi perfectum est, esset competens, quia inchoare non fuit delictum, ut ponitur in casu. v. g. Si quis in uno territorio inciperet castigare servum modo loito, sed persequendo in alio territorio excederet modum, & occideret.

94. Secundus casus est in delictis inchoatis in uno, & perfectis in alio, non respectu utriusque, sed solius agentis, vel solius patientis. Primum exemplum sit in eo, qui emittit sagittam in uno territorio, & occidit in altero. Secundum, in eo, qui existens in uno territorio, mandat fieri delictum in alio. Utrouque enim casu non concurrunt in eodem loco simul. In priore exemplo Bartolus voluit, illum solum esse Judicem competentem, apud quem est delictum perfectum. Farinacius tamen n. 46. cum communi aliorum tenet, utrumque esse competentem, sicut in priore casu. Rationem reddunt, quia ut non maneat delicta impunita, expedit, ut Jurisdicchio utriusque territorii attribuat: & quia utrumque territorium etiam in hoc casu laesum est, & quandoque poterit facilius in uno, quandoque facilius in alio probari. Merito ergo

competere debet accusatori electio: & ita etiam supra respondi.

95. Major est difficultas & controversia in secundo exemplo, de Mandante in uno loco, & Mandatario exequente in alio loco, an Mandans possit puniri à Judice illius loci ubi datum & acceptum est mandatum, vel an debeat puniri à loco commissi & consummati delicti: idem de Mandatario quarti potest, cum in utroque loco peccaverit, in uno per consensum seu accipiendum mandatum, & in alio per executionem. In hac quaestione vehementer dissentiunt DD. nemo tamen accuratius & theoreticè magis ponderavit Farinacio: cujus doctrina nobis tenenda est, quia cohaeret cum hactenus dictis. Pro resolutione

96. Praemittendum est I. Mandatum si consideretur secundum se, praescindendo ab effectu secuto, esse etiam delictum punibile, & quidem si effectus non est secutus, aliquando & prae sumque puniri poenà extraordinarià, hoc est, mitiori, quam puniretur, si effectus esset secutus, aliquando verò in quibusdam atrocissimis delictis (de quibus infra) puniri etiam poenà ordinarià, perinde ac si effectus esset secutus.

Praemittendum est II. Quòd quando sequitur effectus, mandatum praecedens sit verè causa illius, licet mediata, & mandans reverè sit causa principalis per suum mandatum non revocatum, non minus quam qui facit sagittam, cum solo discrimine, quòd mandans utatur instrumento animato, alter inanimato, & in se impunitabili. His praemisit

97. Dicendum I. Tam mandans quam mandatarius possunt puniri à Judice illius loci, ubi contractum est mandatum, et poenà, quae puniretur mandatum, si nullus effectus esset secutus, sive ea sit extraordinaria, sive ordinaria. Ratio est, quia hoc delictum est commissum in illius territorio, & quidem ab utroque: ergo non est cur non habeat jus illud puniendi, etiam si consummationem delicti punire non possit, (de quo videbimus) eò quòd extra territorium sit facta. Habet enim delictum mandati suam propriam & distinctam punibilitatem, quae puniretur, etiam si effectus non esset secutus.

98. Dicendum videtur II. Posset etiam ab eodem Judice loci ubi datum est mandatum, uterque puniri poenà ordinarià, ob secutum effectum, si uterque esset illius subditus ratione originis seu domicilii. Probatum à pari ex supra dictis, nam Judex domicilii potest punire delictum etiam extra territorium commissum. Ergo multo magis potest punire mandantem & mandatarium qui delictum in loco domicilii ita inchoaverunt, ut posuerint causam, ad quam consummatio delicti per se loquendo esset ex eorundem intentione

tionem fecutura. Unde Farinacius merito dubitat, an, si petereur remiffio ab eo, in cujus territorio delictum est perfectum, effet facienda remiffio, autque se non effe remiffurum nifi Superiore confulto. Nempe quia in morali æftimatione videtur perinde mandans per mandatum, & alter per acceptationem influere in effectum, ficut qui jactat sagittam. Nam quòd poffit mandatum revocari, non item sagitta, non minuit, imò anget delictum, quia ipfa non revocatio effe etiam delictum, quia effe continuatio delicti liberta. Hinc autem

99. Dicendum mihi viderur III. Imò etiam non fuit fubditi ratiõne domicilii, adhuc poterit utique puniri à Jucee, ubi mandatum datum & acceptum effe, & quidem penã ordinariã. Probatur à paritate illius qui jactat sagittam ob ratiõnes, quas paulò antè attulimus.

100. Tertius cafus effe, quando in delictis in uno loco inchoatis, & in alio loco perfectis, nec perfona agentis, nec patientis concurrir, cujus duo exempla afferuntur. Primum in delictis tractatis & preparatis in uno loco, commiffis autem in alio loco: Secundum, in ratificante delictum aibi commiffum. Circa primum diftinguit Farinacius n. 49. ficut in exemplo mandantis. Nam mandans homicidium, & tractans homicidium pari paffu ambulat. Solum ergo reftat quæritur, quid dicendum, fi tractans in aliquo loco non effe fubditi illius Juceis ratiõne originis aut domicilii: Et tunc fi talis tractatus folet puniri aliqua penã extraordinariã, vel ordinariã, poterit utique puniri in loco facti tractatus, quia ratiõne tractatus foritit effe forum. Quod fi verò tractatus non folet puniri nifi fecundo effectù, & tractans fit ille idem, qui delictum perfecit, tunc puniendus effe in loco delicti, quia tractatus confunditur cum fequenti delictò. Si autem tractans non fit ille idem qui delictum commiffit, tunc fi punitioni locus effe, poterit in loco tractatus puniri, nifi à Jucee loci delicti remiffio petatur, quæ tamen non erit concedenda, nifi Superiore confulto, & non nifi in cafu, in quo tractans non fit aliã ratiõne loco tractatus illius Jucei fubjectus. In fecondo exemplo, ratificans debet in loco delicti puniri. Ita Farinacius.

101. Quaritur XV. Cujus expenfis facienda fit remiffio. R. De hoc varia tradi à DD. cum non exiffet clarum Jus. Aliqui volunt effe faciendam expenfis ipsius transmittentis, ficut etiam in periculo debet transmittere. Communit tamen effe opinio, periculum quidem pertinere ad transmittentem, fi aliquam culpam committat, non adhibendò debitam custodiam, expenfis verò effe faciendas à petente. Alii dicunt, transmissionem fieri expenfis delinquentis,

quod fi ille non habeat, expenfis accufatoris, & in hujus defectum expenfis Juceis requiritis, & ultimo loco expenfis transmittentis. In his ergo confuetudo locorum obfervanda effe.

102. Reftat nunc dicendum de Confuetudine Remiffionis. De qua Gilhertus n. 114. fic feribit. Delinquentes ex Germania confuetudine non remittuntur ad locum delicti, fed in loco captivitatis forum fortituntur, ibique fupplicia fubeunt. In atrocioribus verò delictis propter exemplum ad locum delicti precariò & jure amicitia & vicinaria atque benevolentia remiffio plerumque fieri folet, idque fub antigrapho five litteris, ut vocant, reverfilibus ipfius Magiftratus aut Domini remiffionem petentis, quòd videlicet hujusmodi remiffio remittentis Jurisdictioni non fit nociura, fed fine præjudicio. Plus dicit Carpovius q. 11. par. 3. n. 13. Verum inquit, remiffiones delinquentium abique fere locorum hodie in defuetudinem abierunt. Nam apud Italos cum non fervari teftatur post DD. in Clem. Paftoralis dere jud. Bartolus &c. Idemque in Flandria & plerisque locis practicari affirmit Jo. Dambouderus in praxi rerum criminal. c. 35. n. 1. Hancque fententiam communi totius Chriftiani orbis ufu & praxi receptam effe dicit Covarr. c. 11. pract. qq. n. 10. Deinde hujus confuetudinis ratiõ assignatur ab eodem A. quòd in Germanico Romano Imperio non amplius, ut olim, omnes ditiones uni Principi pareant. Ex Urbanitate tamen poffe & folet fieri hujusmodi remiffiones idem Carpovius teftatur, & infuper addit, quòd, fi in loco delicti deprehendo delinquentem, in quifitio formata veaula criminalis ventilata, & fententia lata fuerit, usque peractis reus aufugiat, tunc fi in alterius territorio deprehendatur, Jucee ille ad locum delicti reum remittere debeat, ne proceffu jam finito lata fententia eludatur, & fatisfactoria reddatur. Denique n. 77. tradit, hodierno tempore, plerumque ex officio per medium inquisitionis adversus facinorofos procedi eo loco, ubi reperiuntur, adeoque non effe necesse, ut vel ibi delinquerent, vel domicilium aut originem habeant.

103. Quaritur ultimò, an infiftendo Juri fcripto, remittendus fit ad locum furti commiffi fit alibi cum te furtiva deprehensus, vel an poffit ab illo Jucee puniri, à quo cum te furtiva deprehensus effe. In hoc puncto celebris effe, & pluribus in tribunaliibus practicata opinio Bartoli, non effe remittendum necelfario, fed poffe puniri ab illo Jucee, in cujus territorio cum te furtiva deprehensus effe. Ita tenet in leg. si dominium. ff. de furtis. & cum fequuntur innumerum DD.

Contraria fententia non minùs auctoritate pollet,

CONTROVERSIA VII.

De Præventionione in Criminalibus.

§. I.

Dubia quadam, inter quos locum habeat Præventionio.

SUMMARIUM.

Quando Præventioni locus fit inter Juceem Ordinarium & Delegatum. 105.
An Superior poffit præveniri ab inferiore. 106.
An poffit Ordinarius præveniri ab eo, qui folùm poffet de crimine incidenter cognofcere, & contrariã.

An Jucee competens poffit præveniri ab eo, cujus Jurisdictioni effe prorogata. 108.
An habens facultatem judicandi in defectum alterius, poffit alterum prævenire. 109.
An præventus per viam Inquisitionis, poffit procedere per viam accufationis. 110.
An mandans per Notarium fieri Inquisitionem & registrarì, vel recipiens libellum accufatorum, hoc ipfo prævenitur. 111.

An & quomodo per citationem verbalem dicatur præventa Jurisdictioni. 112.
Quomodo fiat præventio per citationem realem. 113.
Quis præferendus ex pluribus verbaliter citantibus, nec conflat de præventionione. 114.

Quid si unus citavit ad domum, aliter personaliter eod.
Quid si unus citavit Mandatarium, alius poftea Mandantem, quis prævenit. 115.

An præcipiendo reo, ne ex tali loco difcedat, ubi Jucee in illum inquireret, jam alios prævenit. eod.
Præventionis effectus principalis effe confolidatio Jurisdictionis in tali caufa. 116.
An citatio unius correi indicat præventionem etiam refpectu reliquorum. 117.

An accufator poffit mutare tribunal. 118.
Quem stylen fervare debeat in proceffu Jucee præventionis. 119.
An heres delinquentis debeat fufumere Juceem præventionem. eod.

An valeat proceffus Juceis præventi, non excipiente eo qui prævenit. 120.
Quid si præventus non curet exceptionem. eod.

104. Mihi magis placet fententia Bartoli. Ratiõ effe, quia continuata contractatio effe continuatum furtum, adeoque continuatum delictum, & quidem phyficè: imò quò longius rem furtivam fur aufert, eò gravius lædit, quia reddit difficiliorẽ rei recuperationem: ergo reverà delinquit etiam in altero territorio. Ergo etiam ibi forum fortitur, adeo ut cenfentam, quòd ille Jucee deprehendens, quamvis ex urbanitate poffet, non teneretur tamen remittere requifitus, fed poffet ipfe procedere. Neque obftat, quòd moraliter fit unum delictum, & ideo non multiplicetur actio furti refpectu ejusdem domini: nam continuatio retentionis fufficit, ut cenfentur utrobique deliquiffe, & poffit, imò debeat ex officio comprehendere in illo loco, ubi cum te furtiva deprehenditur: ficut, qui in uno territorio incipere blasphemare, & continuaret usque ad alterum territorium, non dubito, quin ibi effet etiam puniendus, effe in morali æftimatione cenfentur una blasphemia continuata. Uno verbo, furtum continuatum æquivalere in ordine ad lationem damni repetito furto. Et denique quia in odium furis merito ita practicitur, ne aliquin furta facile maneant impunita.

Confirmitur. Delictum poffet & debet puniri in eo territorio, ubi præbetur malum exemplum, & fubditis illius territorii scandalofum ac perniciofum: atqui per furti continuationem præbetur non minùs malum exemplum in loco ubi primò res aliena contractatur, quam in illo, ubi continuatur: imò fæpè in hoc folo, quia in priorẽ foret ignoratur. Ergo &c.

